



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regulae Societatis Iesu**

**Angeli, Bernardo d'**

**Romae, 1616**

De rebus Collegiorum, & Domorum. Capite IX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)

nam tam ipsi, quam Coadiutores formati spirituales per quadraginta dies intra annum doceant.

72 Habeat librum, in quo eorum nomina scribantur, qui vota solemnia, vel simplicia post biennium in Domibus, vel Collegijs suæ Prouinciæ emittunt iuxta ordinem Præpositis Domorum, & Rectoribus traditum.

73 Cum aliqui professionem, vel vota Coadiutorum formatorum fecerint, exempla huiusmodi votorum, & aliorum quinque, quæ professi post emissam professionem faciunt, nomine ipsorum subscripta, ad Generalem quamprimum transmittat.

74 Constituat iuxta Constitutiones, ut Professi, & Coadiutores spirituales formati suæ Prouinciæ in Domibus Professis, quantum fieri potest, commorentur.

in 3. Congr.

dec. 70.

Can 10. Cō-

gr. 2.

Can. 10. Cō-

greg. 2.

P. 5. c. 3. &amp; 4.

Notentur vo-

ra solemnia

emittentes :

P. 6. c. 2. §. 3.

et 4.

Qui in Do-  
mibus profes-  
sis commora-  
buntur.

### *De rebus Collegiorum, & Domorum.*

#### C A P. I X.

75 **A** Edificia conseruari, & si opus erit, Can. 11. Con-  
instaurari curet: quod si quæ ædifi- greg. 1.  
canda maioris momenti fuerint, ut esset tem- Can. 9. Con-  
plum, dormitorium, vel aliquid huiusmodi, greg. 2.  
Aedificia cu-  
nisi approbante Generali non fiant, ad quem per-

pertinet formam, & modum nostrorum ædificiorum prescribere.

**Redditus bona stabilia, et donationes.**

76 Redditus, & reliqua stabilia conservari curet, & an crescant, vel minuantur, intilligat: si quis autem huiusmodi bona augere vellet, vel aliquid donare, poterit id admittere: si tamen conditiones aliquæ exigerentur, non nisi approbante Generali villam admittat: & eodem modo, quæ dantur Domui professæ accipere, & si quid stabile donatum fuerit etiam vendere poterit: si tamen Domui necessarium pretium non esset, & trecentorum ducatorum valorem excederet, consulat Generalem, ut de eo iuxta ipsius præscriptum disponat.

**Lites deuitandæ.**

77 Cum lites pro rebus præsertim temporalibus, diligenter nostris fugiendæ sint, non intendat quisquam è nostris omnino item aliquam absque consensu Generalis, aut eius, cui expresse suas vices ad hanc rem ille commiserit, nisi in re adeo necessaria, ut eius responsum expectari nequeat, de quo tamen postea ipsum admoneat. Quocirca nitatur Provincialis primum rem compromissione componere. Nostris autem si lis intendatur, curandum etiam diligenter, nisi de iure nostro manifeste constaret, ut aliqua transactio vel concordia res tota componatur: id si commode fieri non valet, poterunt in iudicio se de-

se defendere, cum Prouincialis potestatem P.4.c.2. lit.C  
habeat conseruandi, & defendendi res Colle-  
giorum etiam in iudicio, cum facultate alios  
substituendi, si id necessarium vel conueniens  
aliquando fuerit.

78 Intelligat, an exempla authentica In 1.cong.tit.  
contra&tuum maioris momenti, pr&esertim re- 6. dec.24.  
rum perpetuarum ad Archiuum, quod est in Exempla au-  
Urbe penes Pr&e;positum Generalem, missa thentica con-  
sint, alioqui mittenda curabit. tractuum ad  
Generale mit  
tat.

79 Videat computa inter Superiorem, C&oputa Col-  
& Procuratorem transacta, rationemque exi- legiorum exi-  
gat accepti & expensi, & resolutionem vltimi gat.  
sui computi summatim scribi faciat, quam  
ipse subscribet in libro designato: in hoc au-  
tem scripto simul constet tam de summa ac-  
cepti, & expensi ab vltima visitatione, quam  
de eo, quod residuum fuerit, vel etiam si quid  
debiti maneat.

80 Visitet bona stabilia extra Domum, Visitet bona  
quae sine magno incommodo visitari possint,  
ut videat, num qua instauratione, vel cultu-  
ra egeant, & quid ad eorum conseruationem  
opus sit.

81 Si Domus, vel Collegia cum commo- P.4.c.2. §.1.  
da fundatione offerentur, expendat, quid ad & p.9.c.3. §.  
commune bonum ex ijs speretur, & an aliquae 17.  
conditiones exigantur, & an locus sit salu- Oblatas fun-  
bris, & omnia ad Generalem referat, nihil in- dationes ad  
terim certi promittendo. Generale re-  
ferat.

Aes alienum  
vitetur.

Can. 12. Cō-  
gr. 2.

P 4.c.2. lit.E.  
Contributio-  
nes ad sum-  
ptus commu-

P.6.c.2. §.15.  
Obseruanda  
circa vestitū.

Res domesti-  
cæ inspicien-  
dæ.

82 Magnum æs alienum Collegia, vel  
Domos conflare non sinat, si soluendo fore  
probabiliter non speret, habita ratione redi-  
tuum. & eleemosynarum, quæ ordinarie  
dari solent: nec in ijs plures habitare permit-  
tat, quam ali possint.

83 Quando contribuendum erit ad sum-  
ptus communes Prouinciarum, statuat ipse quid  
cuique Collegio, vel Domui, seruata propor-  
tione debita, imponi debeat.

84 In vestitus ratione tria obseruari fa-  
ciat; Primum, vt honestus ille sit: Alterum  
circa vestitū. vt ad usum communem, & approbatum ho-  
nestorum Sacerdotum eius loci, in quo viui-  
tur, accommodatus: Tertium, vt professio-  
ni paupertatis non repugnet.

85 Habitationem, officinas, yestes, & re-  
liquam supellectilem, omnia denique diligenter  
inspiciat; nec necessaria deesse, aut superflua  
expendi permittat; & rerum mobilium  
inuentarium conferri faciat cum inuentario  
in præcedenti visitatione à Visitatore, vel Pro-  
vinciali subscripto. Obseruet etiam, quæ te-  
neatur œconomiæ ratio.

De